



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui conuicti fuerint, fratribus falsa crimina obiecisse. xxxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui conuicti fuerint fratribus, falsa crimina obieciſſe. Cap. XXXIIII.

EOS, qui fratribus ſuis capitalia crimina obieciſſe conuicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communi- care, niſi digna ſatiſſactione poenituerint. Ex cōcil. Agathē; cap. 6.

De illis teſtibus, qui aliquem ex ſacro ordine accuſare per- tentant, & ut quiq; optimi, & fideliores in teſtimo- nium aſſumantur. Cap. XXXV.

Placuit ſancto conuentui, ut teſtes ad teſtimonium di- pendum precio non conducantur, & ut quiq; optimi, & fideliores in teſtimonium aſſumantur, ut is contra quem teſtimoniare debent, nullam eis infamiam poſſit inferre, & ut nullus teſtimonium dicat, niſi ieiunus. Ex cōcil. Matifcē. cap. 5.

Ut nullus ſecularis alicui ex clero vim inferre præſumat. Cap. XXXVI.

Quicumque iudex aut ſecularis preſbytero, aut dia- cono, aut cuiſlibet ex clero, aut de iunioribus abſque audientia epiſcopi, vel archidiaconi, vel archipreſbyteri, iniuriam inferre præſumpſerit, anathema habeatur. Ex cōcil. apud the- odonis vil- lam habi- to, ca. 10

Quid mariti vxores ſuas ex ſuſpicionem accuſare poſſint. Cap. XXXVII.

Maritis ſanè etiã ex ſuſpicionem vxores accuſare per- miſſum eſt, & ipſi plus cæteris de adulterio, & accu- ſare poſſunt, & defendere. Ex cōcil. Pariſiēſi, cap. 3.

FINIS Libri decimiſexti.

INDEX CAPITVLO- rum Libri Decimiſeptimi.

- D E muliere, quæ cum duobus fratribus fornicata eſt. Caput i.
- De eadem re. ii.
- De illo qui cum duabus ſororibus fornicatus eſt, quarum vna vxor fuerat. iii.

HH ii